



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

**Luxemburgi, 1740**

CXXXVII. Ministro Generali Ord. Prædicatorum facultas conceditur  
proponendi Congregationibus Sanctæ Sabinæ Provinciæ Lombardiæ, ac  
quibus Vicarium Generalem, quem maluerint, debeant eligere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74733)

Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupatum, ac dilectorum filiorum Fratrum Gallorum Missionariorum dicti Ordinis in partibus Infidelium in Romana Curia Procuratoris instantias emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus prepositorum decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

Decretum S. Congregationis Rituum.

§. 2. Ordinis Capuccinorum Missionariorum remissis à Sacra Congregatione de Propaganda Fide ad Sac. Rituum Congregationem enixis Patrum Ordinis Capuccinorum Missionariorum instantiis per P. Fratrem Cherubinum de Noves, dicti Ordinis, ac supradictorum Patrum in Romana Curia Procuratorem jam exhibitis, illisque relatis, Sacra eadem Rituum Congregatio posse concedi censuit, ut Patres Capuccini Galli Missionarii in partibus Infidelium existentes Officium S. Ludovici Regis, quod in dicto Ordine sub ritu duplici majori peragitur, sub ritu primæ classis in Festo ipsius Sancti impostorum recitare, & Missam respectivè celebrare possint & valeant. Die 10. Aprilis 1734. -- A. F. Card. Zondadari Pro-Pref. - N. M. Tedeschi Archiep. Apamen. S. R. C. Secret. - L. † S.

Confirmatur cum concessione &c.

§. 3. Cum autem, sicut pro parte dicti Cherubini Nobis subinde expolitum fuit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti summopere desideret. Nos specialem ipsi Cherubino gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Clausulæ.

§. 4. Decernentes, easdem præsentis literas firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus fortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Maji 1734. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

CXXXVII.

Ministro Generali Ordinis Prædicatorum facultas conceditur proponendi Congregationibus S. Sabinæ Provinciae Lombardiæ, ac S. Marci Romanæ tres Religiosos, e quibus Vicarium Generalem, quem maluerint, debeant eligere.

Dat. die 15. Maji 1734. Pont. An. IV.

C L E M E N S P A P A X I I .

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**Xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Congregationum S. Sabinæ utriusque Lombardiæ, & S. Marci nuncupatorum

Romanæ, respectivè Provinciarum, quod licet in literis se. re. Innocentii PP. XII. Prædecessoris Nostri super erectione ambarum Congregationum præfatarum, die 14. Junii 1695, editis, habeatur utrique Congregationi de idoneo Vicario Generali a Magistro itidem Generali ejusdem Ordinis providendum fore; minime tamen ordinatum fuit istiusmodi provisionem fieri debere de Religiosis ipsi Magistro Generali per dictas Congregationes nominandis seu proponendis, quod valde expediret salubri directioni earundem Congregationum, quarum Fratribus cum probe innotescant Religiosi præ aliis vitæ integritate, literarum scientia, ac rerum agendarum usu & prudentia præstantes, arque habiles & idonei ad regularem observantiam tuendam & promovendam, exinde longe facilius certiorque dicto Magistro Generali redderetur delectus Vicarii Generalis præfati, quàm ex simplici relatione, aut testimoniis aliunde conquisitis; quemadmodum in antiqua Congregatione Lombardiæ ipsius Ordinis, dum illa olim vigeat, factum fuisse memoratur, cui quidem cum in ejus primordio Vicarius Generalis libere ab eodem Magistro Generali præficeretur, ac subinde comperit fuisse pro recto illius gubernio utilis fore, si Vicarius Generalis ejusmodi per dictam Congregationem eligeretur, Apostolica auctoritate cautum fuit, ut Vicarius Generalis præfatus a Fratribus ipsius Congregationis postularetur, & a Magistro Generali prædicto confirmaretur; ac postulationi quidem per Priores Conventuum cum sociis, Magistros in Theologia, & alios Fratres, qui aliquando fuissent Vicarii Generales: confirmatio vero hujusmodi infra octo dies, a præsentatione postulationis numerandos, fierent, alioquin postulatio dicta auctoritate Apostolica confirmata censetur, hæcque forma instituendi Vicarium Generalem in præfata antiqua Congregatione Lombardiæ postmodum servata fuit, donec in Provinciam erecta est.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, jam per alias nostras in simili forma Brevis, die 28. mensis Julii proxime præteriti expeditas literas, supradictis S. Sabinæ, & Sancti Marci, cæterisque Ordinis præfati Congregationibus, sex saltem Conventus formales habentibus, indulserimus, ut in earum Dietis Definitor & Socius ad Capitulum Generale mittendi eligi possent, ipsi Exponentes dictis duabus Congregationibus tres earum Religiosos idoneos ad Vicariatum Generalem præfatum memorato Magistro Generali, qui unum ex eis sibi beneficium deputare teneatur, nominandi seu proponendi facultatem impertiri plurimum desideret, itaut nominatio fiat in prædictis Dietis a pro tempore existentibus Vicario Generali, Prioribus Conventuum, & ex Vicariis Generalibus, quo pacto eisdem Congregationibus salubrius consultum erit, earumque immediata subiectio dicto Magistro Generali retinebitur, ac persistet arctius, quàm in præfata antiqua Congregatione Lombardiæ, utpote quæ unicum Religiosum ab ipso Magistro Generali confirmandum postulabat, ubi istæ tres Religiosos proponent, e quibus ei unum, quem maluerit, in Vicarium Generalem præficiendi libera erit potestas; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, quatenus in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur ad ea, quæ felici prosperoque utriusque Congregationis præfate regimini ac progressui conducibilia sunt, libenter intendentes, dictosque Exponentes specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis,

Causæ concedende facultatis.

Concessio.

suspen-

suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & penis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut deinceps supradictae duae Congregationes S. Sabinae & S. Marci in earum Dietis, sicut praemittitur, tres Religiosos habiles & idoneos ad Vicarium Generalem praefatum, tamen Philosophiam & sacram Theologiam actu non legant, nec antea legerint, Magistro Generali ejusdem Ordinis pro tempore existenti nominare seu proponere respective possint & valeant; ipseque Magister Generalis unum, quem maluerit, ex tribus Religiosis sic nominatis seu propositis in Vicarium Generalem infra mensem, a die praesentationis sibi faciendae nominationis ejusmodi computandum deputare, ac praeficere teneatur, dicta auctoritate tenore praesentium statuimus & ordinamus.

Clausula.

§. 3. Decernentes, easdem praesentes literas semper firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationum & Ordinis praefatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 15. Maji 1734. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

Francisci Cappuccinorum nuncupatorum Professoris, ac dilectorum filiorum Missionariorum Gallorum ejusdem Ordinis in partibus Infidelium existentium, in Romana Curia Procuratoris, nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi; omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesis seu Oratoriis dictorum Fratrum Missionariorum; Mulieribus vero, quibus ad illas seu illa liber non patet accessus seu ingressus, quae aliam Ecclesiam seu Oratorium Catholicorum earumdem partium a Custode seu Praefecto Missionum hujusmodi designandam seu designandum, die Festo Sancti Ludovici Regis a primis Vesperis usque ad occasum Solis Festi hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haereticum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus, Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 2. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quae habetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Junii 1734. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

Fides Transumptorum.

Confirmatur Decretum Capituli Generalis Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Monte Carmelo Excalceatorum nuncupat. super divisione Provinciae Poloniae, ac erectione novae Provinciae Lituaniae dicti Ordinis.

CXXXIX.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncto Nobis caelitus Apostolicae servitutis munere, quae pro felici prosperoque Christifidelium Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum regimine & gubernio provide facta ac ordinata esse noscuntur, ut firma atque illibata persistant, Apostolici muniminis nostri praesidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

Dat. die 7. Junii 1734. Pont. An. IV.

Exordium.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo Excalceatorum nuncupatorum, quod cum Provincia Polona dicti Ordinis adeo ampla existeret, ut ob nimiam ejus vastitatem ac extensionem ab uno dumtaxat Priore Provinciali visitari, ac commode regi nequiret, Capitulum Generale ejusdem Ordinis, in Conventu Sanctae Mariae de Scala nuncupat. de Urbe novissime celebratum, hac, aliisque rationabilibus causis regularis observantiae, religiosaeque pacis & tranquillitatis conservationi maxime conducentibus, accuratè perpensis, vigore facultatum sibi attributarum praedictam Provinciam Poloniam in duas divisit, novamque ipsius Ordinis Provinciam

Causa nova erigendae Provinciae.

CXXXVIII.

Indulgentia Plenaria perpetua pro Visitantibus aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Cappuccinorum Missionariorum in partibus Infidelium a Custode, seu Praefecto Missionum hujusmodi designandam die Festo Sancti Ludovici Regis Francorum.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. die 4. Junii 1734. Pont. An. IV.

Exordium.

Coelestium munerem Thesauros, quorum dispensationem fidei nostrae credidit divina dignatio, libenter erogamus, cum ad augendam in terris Sanctorum in caelis cum Christo regnantium fovendamque, & excitandam erga illos fidelium devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur.

Concessio Indulgentiae

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii Cherubini de Noves Ordinis Fratrum Minorum Sancti